Anno 1532 d. 18. Mar. Ex. M. S. B. Zal.

62

# Sigismundus Rex Poloniae Duci Venetiar.

Illustrissime Princeps. Rdus Joannes Sirpeid Secretarius et Capelanus Nr ob motus et seditiones in Regno Suetiae gratia Religionis suscitatas, in Regno et Aula Nostra per quinquennium exulans cum adverterit, neq tumultus intestinos neq religionis persecutionem, hucusq in Patria cessare et se propterea merore cum summo dolore conjuncto confici sentiret, adeundae Terrae sanctae consilium cepit, ut dum in Patria de rebus transigitur, honesto negocio tempus terere et ma- -iore summ peregrinationis suavitate tenere possit. Quare cum nos intelligamus illum petere tunc facilime, et optime posse cum ab Illustrissima Dominatione Vestra aditus fuerit, magnopere ab illa rogamus velit illi et tam pio illius instituto gratia et authoritate in hoc adesse ut possit in ista gloria et magnus omnis Urbe sine periculo versari et post cum fido aliquo homine et honesto comitatu navigatione se committere facturam Illustrissima Dominatio Vestra rem et piam et Christiano officio dignam nobisq non mediocriter gratam. Quam felicissimam et diu recte valentem vehementer optamus

Cracoviae d. 18. Martii Anno Domini 1532.